Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26489
Copyright: Admont, Benediktinerstift

fratri partem suam concessit · hec profecto
sumarum uirtutum possessiones extiman
de plurus sunt q̃ ille que sunt pecunie
Quis igitur siquidem ut quisq; quod plu
rimi sit possideat ? ita ditissimus haben
dus sit ? dubitet ? quin in uirtute diuitie
sint ? quoniam nulla possessio nulla uis
auri & argenti plurus q̃ uirtus existiman
da sit · O dij immortales non intelligunt
homines · q̃ magnum uectigal sit parsi
monia · Venio iam ad sumptuosos reim
que istum questuosum · capit ille ex suis
predijs Sexcenta Sextercia ego centena
ex meis · illi aurata tecta facienti in uil
lis & sola marmore & signa tabulas su
pellectilem & uestem infinite concupis
cencie · non modo afructum ille est sup
tus · sed etiam ad fenus exiguus · Ex meo
tenui uectigali detractis sumptibus cupi
ditatis aliq̃ etiam redundabit · Vter igit
est ditior an cui deest ? an cui superat ? qui